



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 93. Trium Ordinum postulata Regi exposita circa religionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI. jam pene confecta videbatur, omnino  
A. C. 1577. repente in irritum cecidit, eoquod plu-  
 rium Provinciarum Deputati solemniter  
 hujus Concilii promulgationi sese oppo-  
 nerent, interjecta protestatione, qua  
 in uno momento totius consilii cursus  
 sistebatur: insuper iidem Deputati a Cle-  
 ri Secretario hujus protestationis tabu-  
 las erigi petebant, quas publici etiam  
 juris fecerunt, qua audacia Ecclesiasti-  
 cus ordo, magisque adhuc Pontifex  
 offendebatur.

## §. XCIII.

*Trium Ordinum postulata Regi expo-  
 sita circa Religionem.*

*Thu. l. 63.  
 Spond. ad  
 hunc annum  
 1577. n. 3.*

**I**n secunda Blesensium comitiorum ses-  
 sione, quæ hoc anno die decima se-  
 ptima Januarii habebatur, trium Ord-  
 inum Deputati, & quidem Cleri nomine  
 Viennensis Archiepiscopus, pro Nobili-  
 bus Senecajus Baro, & pro Ordine  
 plebejo Verforius Advocatus orationem  
 ad Regem habebant, atque eundem  
 una omnes hortabantur, ut in suo regno  
 solam Religionem Catholicam confer-  
 vet: præcipue vero Archiepiscopus Re-  
 gem impense rogabat, ut omnes erro-  
 res a sana doctrina alienos perpetuo ex-  
 ulare juberet, atque corruptelis in Di-  
 vinum cultum irrepentibus remedium  
 opponeret: his autem Rex paucis ver-  
 bis



bis hæc reposuit: „Placet mihi unio, Sæcul. XVI.  
 „quam circa Religionis negotium, cul- A. C. 1577.  
 „tumque Deo debitum vigere compe-  
 „rio; unde & ego vestris postulatis, ac  
 „querelis satisfacere curabo:„ His ita  
 gestis nil nisi de ærariis, ac pecunias  
 corradendi mediis agebatur, hancque  
 in rem Regi supplex porrigebatur li-  
 bellus, quo ejus Senatam reformari,  
 & Consiliariorum numerum ad viginti  
 quatuor restringi petebant, ita tamen,  
 ut Regiæ stirpis Principes, ac primi  
 coronæ Ministri non comprehendantur:  
 hujus consilii Regi admodum mole-  
 lesti auctor exstitit Lugdunensis Archi-  
 episcopus: postea Rex a Regni Ordini-  
 bus vigesies centies librarum millia  
 sibi dari postulabat; ast repulsam tulit,  
 ubi quoque Petrus Danesius, cum Vau-  
 rensem Episcopatum Genebrardo regio-  
 linguæ hebraicæ Professore cedere vel-  
 let, suis precibus frustratus est.

## §. XCIV.

*Novum pacificationis edictum.*

Exeunte Mense Septembri novum pa- Avil. l. 8.  
 cificationis edictum Pictavii pro- Thuan. l. 64.  
 mulgatum est sexaginta tribus articu-  
 lis comprehensum, quibus ea, quæ in  
 prioribus edictis nimium aspera Prote-  
 stantibus videbantur, temperata, ac  
 lenioribus conditionibus explanata fue-  
 re,